

4. Supreme Tribunal of the Apostolic Signatura, Decree of the Secretary, June 16, 2014, Prot. N. 48480/13 CA—Suspension—Obligation of recurrent to appoint within peremptory time limit a

Prot. N. 48480/13 CA

Suspensionis

(Rev.dus N.—Congregatio pro Gentium Evangelizatione)

DECRETUM

In causa, de qua supra, per se ad competentiam Congregationis pro Gentium Evangelizatione spectante, Rev.dus N. die 18 octobris 2013 recursum adversus praesumptam responsionem negativam (cf. can. 57, §§1–2) Congregationis pro Institutis vitae consecratae et Societatibus vitae apostolicae ad hoc Supremum Tribunal interposuit.

Quo recursu decreto Exc.mi H.S.T. Secretarii diei 8 februarii 2014 in limine reiecto, Rev.dus N. die 28 februarii 2014 ad Em.mum Praefectum provocavit.

Litteris diei 4 aprilis 2014 Exc.mus H.S.T. Secretarius Rev.do N. terminum peremptorium triginta dierum statuit ad advocatum-procuratorem ex albo H.S.T. sibi seligendum.

Quibus praehabitis,

SUPREMUM SIGNATURAE APOSTOLICAE TRIBUNAL

Re sedulo perpensa;

Perspecto quod Rev.dus Recurrens litteras Exc.mi Secretarii certo certius ante diem 15 aprilis 2014 recepit;

Attento quod Rev.dus N. intra statutum terminum peremptorium, immo hucusque, nullum mandatum procuratorium ad H.S.T. misit vel exhibendum curavit;

Auditis Rev.mo Promotore Iustitiae et Rev.do Promotore Iustitiae Substituto;

Vi art. 78, §3 *Legis propriae* H.S.T.,

decrevit:

recursum peremptum declarandum esse et facto declarari.

Ex cautione die 15 aprilis 2014 ad H.S.T. missa retineatur summa 350 € pro expensis processualibus.

Quod notificetur iis, quorum interest, ad omnes iuris effectus.

Datum Romae, e sede Supremi Signaturae Apostolicae Tribunalis, die 16 iunii 2014.

+ FRANCISCUS DANEELS, o.praem.
 Archiepiscopus tit. Bitensis
 Secretarius

IOSEPHUS FERDINANDUS MEJÍA YÁÑEZ, M.G.
 Moderator Cancellariae